



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

62. Radulphus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

LXII. RADVLPHVS.

Ecclesiam S. Laurentij, in Suburbio Leodiensi, fulmine tactam, nouâ dedicatione lustrauit. Corpus S. Domitiani, Hoyi in loculo argenteo repositum, hæctenus terrâ obrutum.

Huius tempore, multâ sanctitate, & Prophetiæ Spiritu illustris fuit Dei Sacerdos Lambertus le Begue, is qui primus Viduas, & Virgines, quibus vel facultas deesset, vel volûtas Religiosum Institutum suscipiendi, hortatus est, vt Castitatis nihilominus propositum arriperent: & quò hoc facilius, iucundius, & constantius præstarent, plures simul conuenirent, vt coniunctâ habitatione, conuictu, & mutuo exemplo ad virtutem incitarentur. Eæ ab
Authore

Authore *Beguina* vocatæ sunt. Quarum numerus ita creuit, vt in Ciuitate Leodiensi vix inter tot Ecclesias vlla sit, quæ eiusmodi domicilio careat, pijs hominibus certatim ad tam sanctam vitæ rationem, facultates suas conferentibus. Manauit Ciuitatis Principis exemplum, primū ad minora Ditionis Leodiensis Oppida, ac deinde per reliquum Belgium: Debetur hoc certò Dicecesi nostræ, quidquid in viciniâ nostrâ quidam sentiant: qui nuper & nomen, & rem ipsam, ad Sanctam Beggam auertere conati sunt: in cuius tamen rebus gestis, nullum, ne ipsi quidem vestigium reperiunt. Neque nos mouet, quòd litteras quasdam producunt Beguinagiorum, quibus res antiquior probatur nostro

Begue;

Begue; nemo nescit, quàm facile hæc talia, fingantur. assimulentur, adulterentur. Certè si quis iam litteras proferret, quibus probare tenderet, S. Hubertum fuisse Episcopum Tornacensem, non Leodiensem; meritò exploderetur. Simile hîc dixerim. Manet nobis nostra Possessio. Nec tam ignaui sumus, ut ab ea nos pellat fragmentum chartæ, & modicum ceræ, aut pulvis.

Cæterum Radulphus Episcopus, Cruce signatus, cum multis alijs Terram-Sanctam petijt: & inde reuersus obiijt anno salutis 1191.

LXIII. ALBERTVS
LOVANIENSIS.

Legitime à Clero electus, Lothario, per simoniam se ingerenti,